

Slave.

Says nothing.

Senator.

Iam patribus suāsī ut omnem familiam suppliciō afficiāmus sine ūllā exceptiōne: hominēsque mulierēsque infāntēsque; ueterēs et iuuenēs.

Slave.

Eō tempore quantās aerumnās tulī ! Iliās malōrum ! Edepol ! In meā clūne “lactizāte!” cauteriō ustum est. Sīc erat... multī iocī, certē !

Poet.

Ego nōn seruus sum. Seruōs Pedānī nōn nōui. Hominēs tōtōs cūrāre studeo, uērumst, sed nōn possum. *Culpam poena premit comes.*

Horace, Carmina IV.5.24

First woman.

Rēs est trīstis. Seruī nostrī amīcī sunt dē illīs moritūrīs.

Second woman.

Certē ! Et ob hanc causam agere dēbēmus ut morbus nōn peruādat. Pedānius, uir cōsulāris, interfectus est per insidiās seruīlīs. Sī seruōs impūnītātōs dīmīttāmus, quis proximus caedātur ā famulō suō ? Ego ? Tū ?

First woman.

Sed poena tam dūrissima est. Nōnne aliter fierī potest ?

Condemned slave.

Vōs obsecro, mihi ignōscite.

Nero's agent.

Sī uōce grātā cecineris tibi parcēmus. Age, cane.

Condemned slave.

Imperātōrī grātiās !

Ego nōn sum imperātor. Quālem blennum !

Condemned slave.

Tū regere imperiō populōs, Rōmāne, mementō;
hae tibi erunt artēs; pācisque impōnere mōrem,
parcere subiectīs, et dēbellāre superbōs.

Virgil, Aeneid VI, 851-3

Trader.

Bona opera facimus. Quadringenti serui noui? Facilis. Pretium bonum semper damus, uerost.

Poet.

Uero pater meus libertinus erat. Quid ergo? Nil me paenitet. Semper pater me bene curabat, ut ego possem litteras scire, et Latine et Graece declamare, et uersus recitare, et historias totas legere, et praesertim ad studium philosophiae me conferre. Me felicem! Nunc bene uiuo.

Trader.

Negotium bene uadit. Unum et oleum exporto, et pelles et seruos importo. Auis meus negotium fundauit. Traditio familiae est.

Slave.

Meliores sunt homines huc qui uentitant, sic est, grauissimae. Differentia in odore est.

First woman.

Quid faciam si mea tota domus plena est cum ploratu sempiterno. In culina, in triclinio, in horto, ibique sunt uultus tristis!

Second woman.

Tui serui?

First woman.

Omnis.

Second woman.

Res est facilis. Illis iube laetos esse.

Slave.

Apud Pedanium? Sic est. Aliquos bene noui.

Poet.

Haec mouet arte latus, tunicisque fluentibus aurās
Accipit, expēnsōs fertque superba pedēs:
Illa uelut coniunx Umbrī rubicunda marītī
Ambulat, ingentēs uārica fertque gradūs.

Ars Amatoria, III, 301-4

Slave.

Sed ego uīuus sum ! Dum fāta sinunt, surrīdeāmus !
Officium meum facio.

Trader.

Sīc sīc, erant difficultātēs in Britanniā. Prīmō Boudicca ... illa fēmina
īnsāna ... omnēs ēmptōrēs meōs cecīdit. Deinde, post uictōriam, omnēs
captiūī Britannicī ā mīlitibus sunt necātī ! Mēhercule ! Uīs scīre quantum
argentum ducibus dederim pro paucīs uīuīs ? Ego magnam pecūniam
perdidī ... et pretiī crēscunt. Sīc est mercātus. Quō aliō supersit homō ?

Poet.

Concordēs multōs annōs ēgimus ... Manē ...

Sed sit, ut in multīs, modus hīc quoque: rusticus alter
Mōtus, concessō mollior alter erit.
Pars umerī tamen īma tuī, pars summa lacertī
Nūda sit, ā laeuā cōspicienda manū.
Hoc ...

Ars Amatoria, III, 305-9

Slave.

Lacrimās tibi nōn effundam. Bene. Hic locus melior est quam balneae ...
Crēde mī !

Second woman.

Scīlicet legēs ferās dē lacrimīs seruīlibus ?

First woman.

Nōn.

Second woman.

Capio, capio, columba mea. Mea Lucilla quoque semper plōrat. Sed
ut dīcit papa, tālia in fundāmentīs urbe Rōmā sunt. Legēs concordiam
sustinent. Remedium est ūnum ... nisi crēdimus Pedānium esse caesum
iūre ?

First woman.

Concordo, concordo, iūre dīcis.

Second woman.

Ad lūdōs uādēs ?

First woman.

Certē ... uādāmus ! Ēia ! Affer ornātrīcēs ! Uādēs mēcum ?

Second woman.

Nōn. Centum hominēs iugulantur ? Quārē ? Nōn est dēlectātio. Cum ūnum tum omnēs uīdistī. Sed tū illum gladiātōrem cupis ?

First woman.

Quem gladiātōrem ? Nōn.

Second woman.

Sīc, paululum ?

First woman.

Nōn est uēritas. Mihi placet pugna quod saltātio est.

Gladiator.

Dē seruīs Pedānīi ... nōn opīnor.

Senator.

Illā familiā tōtā morbō uitiōsō affectā nunc solum remedium est ūnum: hanc domum purgēmus prō Pedānīi dignitāte, prō eius līberōrum salūte, prō imperātōre, prō imperiī maiestāte, prō senātū populōque, prō urbe, prō maiōribus, prō omnibus cārissimīs.

Trader.

Seruī lucrōsī sunt – sed necesse est eōs cūrāre, et hoc magnī pretiī est.

Poet.

Sī quis ex familiā Pedānīi uersuum expertus sit, saluus erit! Nero ipse poētās amat.

Condemned slave.

... Cinerem et sōpītōs suscitāt ignēs,
noctem addēns operī, famulāsque ad lūmina longō
exercet pēnsō, castum ut seruāre cubīle
coniugis et possit paruōs ēdūcere nātōs.

Mother of the condemned slave.

Domine ! Domine ! Mea filia optima est apud
Pedānium ! Quattuor certāmina uīcit. Uersūs legit
Horātii, Ouidiī, Uergiliī, Propertii ...

Slave.

Fiat. Ut dīcunt Christiānī, sī quis tē percusserit ...

Trader.

Difficile est quālitātem aestimāre dē hīs bēstiīs, ut uidēs. Seruī sunt –
quaestio cadit. Dīco ut caueat ēmptor.

Poet.

Pedānius mancipia ē Britanniā ēmerat. Illa īnsula, ut scīs, ab cultū et
hūmānitāte longē abest.

Trader.

Quid dīcis ? Egō tam Rōmānus sum quam tū. Linguam latīnam modō
Britannicō loquor ?

Gladiator.

Hodiē multōs aemulōs habeo. Sumus multī pugnātōrēs in urbe. Ille
retārius ? Illa pugna erit grandissima. Uērōst .

Trader.

En, meōs lūdōs in amphitheātrō uīdistī ? 'Boudiccam dēmentem
ululantēs Druidas trūcīdantem' uīdistī ? Mīrābilis! Plausūs accēpī et
populī et ipsius Nerōnis.

Senator.

Quid mē facit beātum ? Loquī prō honestāte ordinis et glōriam ferre ad
imperātōrem patriamque deōsque maiōrēsque liberōsque.

Gladiator.

Grātiās, sed nōn ausculto fāmās et laudātiōnēs. Post pugnam omnia
oblīuīscor. Cum amīcīs quiēscō. Nōn uincit ille quī sē amat – uincit ille
quī superest. Aut uincere aut morī ... in eō sunt omnia.

Trader.

Sic est, abauus meus Britannus erat. Britanniam bene noui. Pater meus agebat paululum negotium cum Prasutago Icenorum rege.

Poet.

Ego grammaticus, recitator, philosophus sum. Non cum musculis sed cum mente laboro. Nunc sum in honore apud optimos, qui ad multas cenas me uocant ut uersus audiant.

Trader.

Frater meum mortuum sunt, uero. Ego unicus heres sum. Quid dicere uis ?

Poet.

Quid me beatum facit ? Rerum causas intellegere, uersus legere, orationes patroni mei exscribere.

Gladiator.

Quid me beatum facit ? Uincere !

Mercator

Eia ! Spongiam !

Slave.

Quid me beatum facit ? Me facit beatum laborare in aquaeductis. Me lauare possum... Adsum!

Poet.

Lusus habet finem: cygnis descendere tempus,
duxerunt collum qui iuga nostra suo.
Ut quondam iuuenes, ita nunc, mea turba, puellae
inscribant spoliis 'Naso magister erat'.

Ars Amatoria, III, 809-12

Gratus sum. Multas gratias.

Girls in audience

Ille poeta bellus est.

Trader.

Quid me beatum facit ?

